Gregorius I, Pont. Max: Dialogorum libri quattuor
Basel: Michael Furter, 1496, 1496 Seite 3



## Prefatio beati Gregorij pa-pe in Omelias super Ezechielē prophetā feliciter incipit.

Ulcissimo fratri Mariano
episcopo: Gregori⁹ episco:
d pus: seruus seruorum dei:
omelias que in beato Eze:
chiele pꝓheta: vt corā po:
pulo loquebar: excepte sūt
multis curis irruētibus in abolitiōe reli:
querā: sed post annos octo petētibus fra:
tribus notarioꝝ scedulas reqrere studui:
easq₃ fauente dn̄o transcurrens inquantū
ab angustijs tribulationū licuit: emenda:
ui. Tua itaq₃ dilectio: has sibi ad legen:
dū mitti poposcerat. Sed valde incōgruū
credidi vt aquā despicabilē hauriret: quē
cōstat de beatoꝝ patrū Ambrosij atq₃ au:
gustini torrētibus profunda ac perspicua
fluenta assidue bibere. Sed rursum dū co
gito qđ sepe inter quottidianas delicias:
etiā villiores cibi suauiter sapiūt: transmi
si minima legēti potiora: vt dū cibus gros
sior velut pro fastidio sumit: ad subtilio:
res epulas auidius redeat.

## Explicit prefatio.

## Expositio beati Gregorij pa-pe in Omelias super Ezechielē prophetā feliciter incipit.

### Omelia I

Ei omnipotētis aspira
tiōe de Ezechiele pro:
pheta locuturus prius
d debeo tempa & modos
aperire pꝓphetie: vt dū
accessus eius ostendit:
virtus melius cogno:
scat. Prophetie tempa tria sunt: scilicet:
Preteritū presens & futurū. Sed sciendū
est qđ in duobus tpibus prophecia ethy
mologiā perdit: quia cū prophecia dicta
sit: eo qđ futura predicat: quādo de pre-
terito vel presenti loquit: rationē sui no:
minis amittit. Quoniā non prodit quod
venturū est: sed vel ea memorat que trās:
acta sunt: vel ea que sunt. Que tamē tria
pꝓphecie tempora verius loquimur: si ex
sacre scripture testimonijs ostendamus.
Prophetia de futuro est. Ecce virgo in
vtero accipiet & pariet filiū. Esaie. 7. ca.
Prophecia de preterito est. In principio
creauit deus celū & terrā. Gen̄. 1. De illo
em̄ tempore dixit homo: quo nō erat ho:
mo. Prophecia de presenti est: quādo di
cit Paulus apostol⁹. Si autē omnes pꝓ:
phetēt intrat autē quis infidelis vel idio
ta cōuincit ab om̄ibus dijudicat: ab om:
nibus occulta cordis eius manifesta fiūt.
Et ita cadens in faciē: adorabit dominū:
pronūcians quod vere deus in vobis sit.
1. Corinth. 14. Cū igit dicit: occulta cor
dis eius manifesta fiūt: profecto monstra
tur: quia per hūc modū prophecie spirit⁹
nō predicit quod futurū est: sed ostendit
quod est. Quo autē pacto pꝓphecie dicat
spiritus: qui nihil futurū indicat: sed pre
sens narrat? Qua in re animaduertendū
est qđ recte prophecia dicit: nō quia pre:
dicit ventura: sed quia pꝓdit occulta. Rē
quippe quālibet sicut ab oculis nostris in
futuro subtrahūt tempora: ita ab oculis
nostris in p̄senti subtrahit causa. Ventu:
ra etem̄ res occultat in futuro tempe: pre
sens aūt cogitatio abscondit in latēte cor
de. Est etiā prophecia presens cū res que
libet nō per animū: sed per absentē locū te
git: que tamen per spiritū denudatur. Et
ibi fit presens pꝓphetantis anim⁹: vbi per
presentiā nō est corpus. Nam giezi longe
a pꝓpheta recesserat: cū Naaman syri mu
nera percipiebat. Cui tamen idem pro:
pheta dicit:

**B Nonne cor meū in presenti erat: quādo reuersus est homo de curru suo in occursum tibi?]**

Sciendū quoq₃ est: quia pꝓphecie tem:
pora inuicē sibi concinūt ad probationē:
vt aliquādo ex futuris preterita: aliquā:



TECHNISCHE UNIVERSITÄT DARMSTADT
http://tudigit.ulb.tu-darmstadt.de/show/inc-ii-493/0003
Universitäts- und Landesbibliothek Darmstadt
gefördert durch die DFG